

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema LIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

Et sicut rogauit Moses, vt posset videre faciem DEI. Exod. 33. v. 20. & 23. Ita rogemus nos potius ex Christi mandato: vt adueniat regnum Dei: vt tum videamus faciem Dei, 2. Cor. 5. Desideramus.

Stulti ergo sunt, aut faciem Dei videre non cupiunt, qui horrent mortem, & nolunt dimitti aut dissolui. Erpica hoc latius, &c.

De impiis quidem non mirum, quod non desiderant id: quibus illud Amos 5. v. 18. Vt desiderantibus, &c, dici potest. Et illud Mal. 3. v. 1. Quis sustinebit? At pii sciunt se visuros Deum propitium, propter Christum. Pacem habent, Rom. 5. v. 1.

F I N I S.

T H E M A LIII.

Psal. 50. v. 15.

Inuoca me in die tribulationis: & ego eripiam te, & tu glorificabis me.

D I S P O S I T I O.

Dauid Psalter regius Psal. 77. v. 3. & 4. sic habet: In die tribulationis meae exquisiui Dominum. Idem cum perturbatus sum recordor Dei, & angustias cordis mei loquor scilicet cum Deo, in precibus meis. Sic se dolorem suum lenire posse, innuit.

Vnde autem illi hoc xniuersele remedium fuerit monstratum contra omnes perturbaciones, corporis & animi, in vita & morte, patet ex hoc loco, vbi ipse Deus loquitur, dicens: Inuoca me, &c. At sic Deus tribus verbis tria grauissima, nobis necessaria & vilia, ipsi vero grata & gloriola comprehendit.

Inuocare enim & glorificare pertinet ad nos. Ereruere autem ad Deum: Sicut autem hoc nobis est perquam utile & necessarium: ita cetera duo Deo sunt grata & gloriola. Hunc locum itaque tractabimus.

1. Vt discamus, quomodo ad Deum debeamus orare.

2. Quo-

2. Quomodo is preces velit exaudire
 3. Quomodo nos gratitudinē nostram erga ipsum debeamus testari.

I. Pars.

1. Inuoca me ait Dominus. Vbi videmus, non in nostro arbitrio relinqui hoc, vt oremus, vel non, sed esse mandatum diuinum. Est enim oratio pars cultus. Et à Deo mandata sæpius, Psal. 27. v. 8. Ier. 33. v. 3. Ioel. 1. v. 24. Matth. 7. v. 7 Petite, Pulsate.

Quamuis enim ipse Dominus intelligat, & sciat, quid desit nobis, Matth. 6 v. 32. Esa. 55. v. 24. tamen quia vult vt oremus, faciendum hoc esset, si maxime nulla nos adigeret necessitas.

2. Quia autem inuocandus, addit, *Me inuoca Deus enim solus adorandus*, Deuter. 10. v. 20. Matth. 4. v. 10. & omnia ab ipse petenda. Vide Dan. 6. v. 10. & 12. v. 7. At in nomine Christi, & propter ipsum omnia petenda. Sicut & Daniel orat *propter Dominum*, Dan. 9. v. 17. Et Christus id iubet, Ioan. 16. v. 23. & 24. & 26.

Itaque reiecitur omnis sanctorum defunctorum inuocatio. 1. Nemo enim inuocandus nisi in qua credimus, Rom. 10. v. 14.

2. Nec preces aut suspiria ipsi sciunt vel intelligunt Esa. 64. v. 16. Non enim sunt. *καὶ οὐκ ἴσθουσιν*. Quid Deo soli conuenit, 1. Reg. 8. v. 39.

3. Exemplum Elias vult à se peti, *antequam tollatur*. 2. Reg. 2. v. 9. Frustra postea id fieri intelligitur.

3. Quando orandum? Omni quidem tempore, Luc. 18. v. 1. Oportet *πρωτὸς ἀεὶ δεῦρο*. At in tribulationibus maxime necessaria oratio. Ideo hic additur: *in die tribulationis*, & quando Deus videtur dormire, aut irasci. Vbi sciendum, 1. quod Deus sic sit excitandus, quare dormis euigila: Psal. 44. v. 24. Licet enim non dormiat neq; dormitet, Psal. 121. tamen simulat se id facere, tantum vt ardentius oremus, Itaque orandum ardentem, Esa. 2. v. 16.

2. Nec

2. Nec mox cessandum, Luc. 18. Nolite defatigari. Instandum, Rom. 12. v. 12. Oratio *Christi*, Act. 12. v. 5. pro Petro fiebat. A custodia matutina ad vigiliam vespertinam, Psal. 130. v. 6.

II. Pars.

At quid efficitur his precibus? Multum sane. Oratio enim seria nubes penetrat, nec cessat prius, quam exaudiatur, Syrach 35. v. 21. Sic enim ipse Dominus hic: *Eripiente*.

Et id quidem reperitur sæpius, Psalm 91. v. 15. Esa. 65. v. 24. Psal. 145. v. 19. Psal. 34. v. 16. Ose. 2. v. 21. & seqq. Joan. 16. v. 23. Accipietis.

Exempla. Israel ad mare rubrum, Exod. 15. v. 19.

In pugna contra Amalecitas. Exod. 17. v. 11.

Daniel & socii, Dan. 3. & 6.

Manasse, 2 Paral. 33. v. 13.

Et infinita alia exempla liberationis diuinæ extant passim.

1. Neque enim deest ipsi potentia, Esa. 59. v. 1.

2. Nec industria Magister ad saluandum Esa. 63. v. 1.

3. Nec voluntas Eripiam, Esa. 46. v. 4.

Ingenium est hæc consolatio, non in corporalibus tantum, sed maxime in spiritualibus animi tribulationibus: de quibus Eia. 38. v. 10. & 17. Psalm. 18. v. 5 & 71. v. 20 & 126. v. 3. & 4.

Valent hæc maxime in ipso mortis ægone, ubi maxima tribulatio. Ibi arripendum hoc Dei [*Eruam*] Psalm. 23. vers. 4.

Hoc autem notandum, DEVM non semper eripere iuxta nostram voluntatem, sed ad vtilitatem nostram.

spiritualiter quidem semper eripit animam, ne pereat. Idque Hiskia prædicat, Esa. 38. v. 17. De hoc Syr. 2. v. 12 Corporaliter non semper eripit. Perit enim bonus ille Zacharias, 2 Paral. 24. v. 21. Paulus & Collegæ. Nec enim corporalis liberatio perfecta est, cum alia aliam

Excipiat calamitas: nec semper utilis, quia in maiores incidere possemus calamitates, & seduci à mundo.

Tum autem perfecte liberat, cum per mortem transfert ad æterna gaudia. Id Paulus agnoscit 2. Tim. 4. v. 18. Et de hac liberatione Psaltes, Psalm. 34. v. 23. Psal. 26. v. 17. Psal. 91. v. 15. & 116. v. 8. & 86. v. 13.

His muniamus & consolemur animos nostros ne existimemus, Deum minus esse veracem, aut oblitum promissionis suæ.

III. Pars.

At liberatis quid faciendum? tu glorificabis me.

1 Non obliuiscantur ingrati beneficia Dei: sicut illi nouem leprosi, Luc. 17. v. 18 Narra, quanta tibi fecerit Deus, Luc. 9. v. 39.

2. Nec etiam suæ industriæ aut potentiæ, aut meritis hoc adscribant liberati: sed *Deum* in cælis glorificent.

Hoc facit Hiskia, Esa. 38. v. 19. & 20.

Et populus Israel Exod. 15. 2. Iud. 5. v. 1. Deut. 32. v. 3. Et Dauid, Psal. 116. v. 12 Psal. 29. v. 2. 2. & 86. v. 12. Et passim.

Hoc mirifice placet Deo. Est sacrificium laudis Psal. 69. v. 31. & 32. Et fructus laborum, Hebr. 13. v. 15.

Non enim propter nostra merita iuuat, sed propter *nomen suum*, vt glorificetur, Exod. 9. v. 16. Ezech. 20. v. 24. & 36. v. 22. & 23.

Glorificandus autem Deus non labiis tantum, vt Esa. 29. v. 13. Matth. 15. v. 8 sed corde, & opere.

1. Et partim ab aliis glorificatur propter facta nostra, Matth. 5. v. 16. 1. Pet. 2. v. 12. Glorificatur propter fidem nostram, 2. Cor. 9. v. 13. & propter preces, &c. Vide ibi.

2. Partim glorificatur à nobis, propriis bonis operibus nostris, 1. Sam. 2. v. 30. qui me glorificauerit, &c. Esa. 58. v. 13. Tum glorificabis ipsum. &c. Patientia, 1. Pet. 4. v. 16.

3. Partim etiam laudibus nostris. Vt Samaritani Luc. 17. Curuata, Luc. 11. v. 13. Cæci, Lu. 18. Et aliorum, Luc. 23. v. 47. Act. 13. v. 48. Omnis ista gloria ipsi. grata est.

F I N I S.

THE-